gener meus eris hodie, quia ego quesivi a te centum preputia philisthinorum et tu optuli
sti ea. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro ubi tu fueris,
et ego loquar de te ad patrem meum, et quodcumque videro nunciabo tibi. Descen
surum namque Saulem in eundem agrum Jonathan David dixerat, ut in eodem agro
David absconderetur. collocutum autem eos fuerat in quem agrum crebro Saul ꝯsilii
audiendi gratia convenire solebat, ubi condictum fuerat ut occideretur David, quod ei Jo
nathan indicaverat. Et expoliavit se etiam vestimentis suis, et prophetavit coram
Samuele. Questio magna hic oritur cum in precedentibus legatur et non vidit Sa
muel Saulem usque in diem mortis sue, et hic prophetasse coram Samuele dicatur.
Quam questionem hebrei his duobus modis solvunt. Aut non vidit eum, quia quamvis in
esset Saul cuneo prophetarum, abscondit se Samuel ne videretur ab eo, aut non vi
dit eum indutum habitu regio quo indutus erat quando dictum est non vidit eum usque
in diem mortis sue, subauditur indutum habitu regio. Expoliasse se vero non o
mnibus vestimentis sed regalibus tantum intelligendum est. Et sit dominus tecum sicut
fuit cum patre meo, et si vixero facies mihi misericordiam domini. Sit dominus tecum sicut
fuit cum patre meo, id est sublime faciat regnum tuum sicut sublime fecit
patris mei regnum, et si vixero facies mihi misericordiam domini, ut scilicet secundus sim
in regno tuo, et si mortuus fuero non auferes misericordiam tuam a domo
mea usque in sempiternum. Venit autem David in Nobe ad Abimelech sacerdotem.
Abimelech ipse est Ahia filius Achitob filii Finees filii Heli. Et fuerunt va
sa puerorum sancta. Abimelech interrogat utrum David et pueri sui quos in illum
et illum locum conduxisse se dixerat utrum mundi essent. David pluraliter de se
ipso respondit dicens: Et fuerunt vasa puerorum sancta a concubitu coniugali.
Quod autem ait: porro via hec polluta est, et in hebreo legitur: Porro via hec la
ica est, sic intelligendum. Via hec laica est, acsi diceret: In lege preceptum est
ut extraneus non comedat ex eis, et tu interrogas utrum mundi sint pu
eri, quasi si mundi essent nequaquam eis vesci deberent. Idcirco via est
laica, quia tu laicaliter interrogas. Quod vero sequitur: sed et ipsa hodie sanctificabitur in
vasis meis, ipsa utique in vasis, id est intra sua sanctificari dicitur, quia non necessitate
corporis et periculo vite cogente nequaquam eis vesceretur. eis non tamen aperte eosdem
legitur David panes comedisse. Tradunt hebrei nequaquam David eosdem comedis
se panes, sed alterius dominus in euchgtio. Erat ibi vir quidam de servis Saul in
die illa intus in tabernaculo, et nomen eius Doech Idumeus. In hebreo dicitur ob
ligatus in conspectu domini. Obligatus idem Doech Idumeus erat voto quo se